

Genitivus pretii

Vir sapiens divitias **parvi ducit**.
Rex operam ducis **magni aestimavit**.
Pluris te **habemus**, quam omnes alios.
Scientia tua **parvi est**.
Tanti vendo hanc domum, **quanti vis**.
Hungari virtutem semper **plurimi habebant**.
Libros **tanti emi, quanti sunt**.
Quanti aestimas hanc villam?
Prodigus sua semper **minimi pendit**.
Amice, te **plurimi facio**.
Non **pluris** equos meos **vendidi**, quam tu.
Multi virtutem **minoris putant**, quam pecuniam.
Sanitatem corporis **magni facimus**.
Dux verba legatorum **parvi fecit**.
Hic vir **pluris est**, quam quinquaginta alii.
Mercatores pecuniam semper **magni aestimant**.
Diligentia **pluris est**, quam pigritia.
Fratrem tuum **pluris habeo**, quam amicum eius.
Tanti hos libros tibi **vendo, quanti eos emi**.
Qui sua **parvi pendit**, aliena etiam **minoris pendet**.
Quomodo potuisti villam tuam **pluris locare**, quam ego?

Genitivus memoriae

Quare **oblitus es officii tui**?
Mementote mortuorum!
Quomodo potuisti **oblivisci patriae tuae**?
Domine, **memento mei!**
Non est facile **oblivisci iniuriarum**.
Pater me **commonuit promissi mei**.
Verus amicus **amici** nunquam **obliviscitur**.
Horum dierum meminisse aliquando iuvabit.
Matris meae venit mihi statim **in mentem**.
Commoneo te **veteris amicitiae nostrae**.
Reminiscamur virtutis **pristinae Hungarorum!**
Obliviscere **vehementium verborum meorum!**
Iucundum est **meminisse laborum**.
Huius diei nunquam iucunde **reminisci** potero.
Superbi facile **obliviscuntur debilitatis humanae**.
Nihil **admonet** nos hic **gloriae pristinae**.
Liberi grati nunquam **obliviscuntur beneficiorum** parentum.

Genitivus criminis

Magister hunc discipulum **pigritiae accusat**.
Tres milites **proditionis damnati sunt**.
Iudex latronem **caedis convicit**.
Quare **infidelitatis accusamini**?
Nemo eum **crudelitatis absolvere** potest.
Multi agricolae **incendii arcessuntur**.
Omnes proditores **capitis damnantur**.
Etiam viri mortui **huius sceleris arguuntur**.
Iudex eum **parricidii non liberabit**.
Haec puella merito **vanitatis accusatur**.
Uxor mercatoris **calumniae absoluta est**.
Quis te **huius flagitii accusare** audet?
Merito **avaritiae argueris**.
Nemo milites nostros **ignaviae accusare** potest.
Hic vir **furti postulatus est**.